



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 3. Nippon Patriarcha Constantinop.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

injecto ori freno instar equi tractum a Sæcul.XIV.
 Patriarcha Athanasio: tum scabellum in A. C. 1312.
 loco pristino reposuere. Visam pictu-
 ram mirati quidam hunc velut impium
 apud illum ea de re accusarunt. Impe-
 rator accitos delatores, quin iidem mali-
 tiæ hujus authores essent, non dubitans,
 in carcerem durissimum perpetuumque
 misit. Sed Patriarcha, quod non gra-
 viores subirent poenas, indignatus proti-
 nus sedem reliquit suam; non tamen hac *Boivin.not.*
 sola de causa: nam compertum est Theo-*in Greg.*
 phanem de fidissimis ejus ministris unum *p. 763.*
 pro adjumento ad sacros ordines acce-
 pisse munera; & Athanasius id non i-
 gnorasse dicebatur etsi perperam: eidem
 alia quoque impingebantur.

§. III.

*Niphon Patriarcha Constantino-
 politanns.*

Biennio post Niphonem Metropolitam
 Cyzicenum ad Constantinopolitanam
 sedem patriarchalem transtulit voluntas
 Imperatoris & obsequentia Præsulum.
 Erat homo in Theologia & litteris huma- *Greg. l. 7.*
 nioribus adeo rudis, ut ne scribere qui- *c. 9.*
 dem nosset. Vix eas primoribus labris
 degustaverat, cum sufficere naturale in-
 genium ratus ad obtinendas divitias

Sæcul. XIV. & honores totum applicavit animum.
A.C. 1312. Et vero perbene sciebat gerere cuncta
 negotia profana, colere agros, excitare
 ædificia, cumulare res ad vitam neces-
 sarias, augere redditus. Amabat magni-
 ficentiam vestium equorumque, ac men-
 sæ delicias. Etiam bona duorum par-
 thenonum haud leviter ac remisse, sed se-
 rio, & quasi renuere non posset, admi-
 nistrabat, ut in eorum proventibus quæ-
 stum faceret, ibi crebro adesset, molli-
 terque viveret.

Simulabat se amicum omnium viro-
 rum insignium, qui ob naturæ dotes aut
 eximiam cujusdam artis peritiam Impe-
 ratorum gratia, vel favore populi flore-
 bant. At invidus ac infensus singulis
 obtrectabat clanculum apud Imperato-
 rem. Unicum ei consilium bonum da-
 bat nempe ut Arsenitas ad Ecclesiæ
 Græcæ communionem reduceret; quod
 Andronicus ipse a multo tempore cu-
 piebat. Arsenitæ erant ii, qui quadra-
 ginta octo abhinc annos schisma fecerant
 ob Patriarcham Arsenium exauthora-
 tum anno 1264. Itaque Imperatoris
 jussu convocati e latebris prodire suis
 in centonibus: sed in mentibus pleni va-
 nitatis nimio plus petebant, ut populo
 viderentur se non immerito disjunctisse.
 Primum quidem poscebant, ut Arsenii
 ossa a S. Andreæ ad S. Sophiæ honorifi-
 ce

Sup. lib. 85.
§. 31.

L. 88. §. 24.

ce transferrentur; deinde ut Clerus per ^{Sæcul.XIV.}
 quadraginta dies abstinendo a divino ser- ^{A.C.1312.}
 vitio noxam expiaret suam; denique, ut
 universus populus pariter Deo pœnas
 exsolveret per jejunia & genuum flexio-
 nes, quæ sibi præscriptæ fuerint. Im-
 perator pacis causa habuit rata omnia:
 & Patriarcha conscenso ambone orna-
 mentis indutus suis absolutionem dedit
 generalem velut Arsenii nomine. At ex
 Arsenitis illi, qui episcopatus, abbatias,
 aliave præmia ex animi sui sententia non
 obtinere, brevi ad schisma rediere suum.
 Niphon hoc munus triennio tantum
 tenuit.

§. IV.

Creantur Cardinales.

Eodem anno 1312 die sabbati, quo tri-
 mestris ecclesiastici jejunium coleba-
 tur, 23 Decembris Papa Clemens Ave-
 nione tertiam fecit nominationem Car-
 dinalium numero novem. Primus erat *Baluz. vit.*
 Guilielmus Mandagotus ex Archiepis- *to. I. p. 50. 59*
 copo Aquisextano Episcopus Prænesti- *p. 666.*
 nus. Ex Lutevana familia veteris no-
 bilitatis decore clara progenitus primum
 Nemosensis Archidiaconus, ac Ecclesiæ
 Tolosanæ Præpositus fuerat. Sub an- *Sup. lib. 39.*
 num 1295 a Bonifacio VIII declaratus *§. 61.*
 Archiepiscopus Embrodunensis, & ad
 com-